¶ Sed contra est quod Damasce. dicit. q̃ irascibilis Cōtra
et concupiscibilis participant aliqualiter rationem que sunt partes sensualitatis. ergo z sensualitatis motus est in potestate rationis. Hoc idem habetur ex dictis philosophi in primo ethicorum. et ex Gregorio niceno.

¶ Responsio dicendum. q̃ in ordine mobiliuz z motorum est deuenire ad aliquod primū. quod est mouens Rn
a quo mouetur illud quod non est ex se motum. quia omne quod est per aliud reducitur ad illud quod est per se. vt habetur in octauo physicorum. Vnde cum voluntas seipsam moueat ex hoc q̃ est domina sui actus. oportz q̃ vires que seipsas non mouent ex ea aliquo modo moueantur. tanto enī vnaquecz aliarum virium plus de motu eius participat. quāto ei fit propinquior. vnde ipse appetitiue inferiores voluntati obediunt q̃tum ad suos pncipales actus. vtpote ei propinquissime. alie vero magis remote vt nutritiua z generatiua mouentur a voluntate q̃tum ad aliquos earum exteriores actus. Subdūtur autem appetitiue inferiores irascibilis z concupiscibilis ratōni tripliciter. Primo quidem ex parte ipsius ratōis cum enī eadem res sub diuersis conditōnibus ꝛsiderata possit z delectabilis z horribilis reddi. ratio opponit sensualitati mediante imaginatione rem aliquam sub ratione delectabilis vel tristabilis. secūdum q̃ ei videt. et sic sensualitas mouet ad gaudium vel tristiciam. Et ideo

dicit philosophus in primo ethic. Recte enim et ad optima depecatur ro. Secdo ex pte voluntatis. in viribus enim ordinatis ad invicem et connexis, ita se habet q motus intensus in una pte earum. et precipue in superiori redundat in aliam. vnde dicit in tercio de aia q appetitus mouet appetitum. superiorem inferiorem. sicut sphera sphera in corpibus celestibus Tercio ex pte motiue exequentis. sicut enim in exercitu progredi ad bellum pendet ex imperio ducis. ita in nobis vis motiua non mouet membra nisi ad imperium eius. qd in nobis principat. ronis sez qualiscumq motus fiat in inferioribus viribus. vim ro irascibilem et concupiscibilem repmit ne in actum exteriorem procedant. vm dicit Ben. iij. super te erit appetitus tuus. Et sic pz q irascibilis et concupiscibilis subdunt roni et similiter sensualitas. cuius nomen sensualitatis pertinet ad has vires non secundum q participant ronem. sed secundum naturam sensitiue potis. vm non ita proprie dicit q sensualitas subdit. sicut de irascibili et concupiscibili.

Ad .j. ¶ Ad primum igitur dicendum q verbum illud apli intelligit quantum ad hoc q non est in potestate nostra vniuersaliter omes inordinatos motus sensualitatis impedire. cuius possumus impedire singulos. vt pz ex dictis. ¶ Ad secdum dicendum q sensualitas quantum est de se repugnat roni. tm ratio pt eam repmere. vt patet ex dictis ¶ Ad tertium dicendum q etiam inferiores apprehensiue obediunt superiori. vt patet de imaginatione et alijs sensibus interioribus. sed q sensus exteriores intellectui non obediant. contingit ex hoc q sensus exterior indiget re sensibili ad sentiendum sine q in actu exire non potest ¶ Ad quartum dicendum q appetitiua inferior non naturaliter tendit in rem aliquam. nisi postq ponitur sibi sub ronem. prij obiecti. vt ex dictis patet Vim cum in potestate ronis sit sub diuersis ronibus vnam et eadem rem proponere. vtpote cibum aliquem vt delectabile et vt mortiferum. potest in diuersa ro sensualitatem mouere ¶ Ad quintum dicendum q dispositio corpalis que pertinet ad cpletionem non subditur roni. Sed hec non reducitur ad hoc q passiones pdicte in actu sint. sed q homo sit ad eas habilis Actualis vero transmutatio corporis vtpote accessio sanguinis circa cor. vel aliquid hmoi quod actu hmoi passiones cocomitatur sequtur imaginationem. et propter hoc subditur rationi

Ad 2

Ad 3

Ad 4

Ad 5

Quinto queritur. vtrum in sensualitate possit esse peccatum

¶ Et videt .j. q no. Sicut enim dicit Aug°. nunq nisi voluntate peccatur sed sensualitas distinguit a voluntate. ergo in sensualitate non est pctm. ¶ Prte. Omne pctm est in potestate nostra. sed opa sensualitatis contingunt naturaliter. ergo in ea nullum est pctm ¶ Prte. In anima separata peccata remanent. sensualitas aut non remanet in anima separata. cum sit potentia corpori coiuncta. actus enim eius mediante corpore exercet. cuius aut est potentia eius est actus. sm phm in li. de som. et vigi. ergo in sensualitate non est peccatum ¶ Prte. Hz'm Aug°. in. v. de ci. dei. est aliquid qd agit et non agit vt deus. et in hoc peccatum non. Est aut aliquid qd agit et agit. sez voluntas. et in hac pstat esse pctm. et est aliquid qd agit et non agit vt sensualitas. g nec in ea peccatum est. ¶ Sed diceres. q in sensualitate pt esse peccatum ex hoc ipso q ratio motum eius impedire potest ¶ Sed cotra est. ex hoc q ro impedire potest. et non impedit. designat interptatium psensus ronis. qui qdem non sufficit ad peccatum. cum non sufficiat ad meritum sine consensu expresso. deus enim pnior est ad miserendum q puniendum. vt dicit quedam glosa in pnci° Jere. ergo nec ex hac rone potest dici q peccatum sit in sensualitate. ¶ Prte. Nullus peccat in eo qd vitare non pt. sed vitare non possumus quin motus sensualitatis sint inordinati. vm dicit Aug°. q hō noluit vitare malum cum potuit. inflictum est enim non posse cum velit. ergo in sensualitate non est pctm. ¶ Prte. Qm mot° sensualitatis est in aliqd licitum. tunc non est pctm. vt cum coiugatus mouet in vxorem suam. sed sensualitas non discernit inter licitum et illicitum. g qm in illicitum mouet non erit pctm ¶ Prte. Virtus et vitium sunt cotraria. sed virtus non pt esse in sensualitate. ergo nec vitium. ¶ Prte. In eo non est peccatum cui non imputat. sensualitati aut non imputat peccatum. cum non sit domina sui actus sed voluntati. ergo in sensualitate non est peccatum. ¶ Prte. Id quod est materiale in pcto mortali pt esse in sensualitate non tamen pctm mortale ibi dicimus esse. qr in ea quod est formale in pcto mortali non est. sed qd est formale in peccato veniali puatio sez ordinis debiti non est in sensualitate sed in rone. cuius est ordinare. ergo in sensualitate non est pctm veniale. ¶ Prte. Si cecus qui a vidente ducit in foueam cadat. non est peccatum ceci sed videntis. cum ergo sensualitas sit quasi ceca respectu diuinorum. si cadat in aliquod illicitum non est peccatum eius. sed ronis que debet eam regere. ¶ Prte. Sicut sensualitas aliquo mo regitur a ratione. ita et exteriora membra. in quibus tm non dicimus esse pctm. g nec in sensualitate ¶ Prte. Dispositio et forma sunt in eodem. qr actus actuum sunt in patiente et dispositio. sed veniale est dispositio ad mortale. cuius ergo mortale non possit esse in sensualitate. g nec veniale. ¶ Prte. Actus fornicationis pprinquior est sensualitati q rationi si ergo in sensualitate possit esse peccatum. esset peccatum mortale. sez fornicationis. quod cuius sit falsum videtur q in ea peccatum non possit esse

¶ Sed cotra est quod Aug°. dicit. nonnullum vitium est quando caro concupiscit aduersus spm. hec autem concupiscentia carnis pertinet ad sensualitatem. ergo in ea potest esse peccatum ¶ Prte. Augm dicit. xxiij. distin. secdi li. sniarum. q in sensualitate est peccatum veniale

¶ Rnsio dicendum q peccatum nihil aliud est q actus aliquis deficiens a recto ordine qui esse debebat. et hoc mo accipit peccatum in his q sunt sm naturam. et in his que sunt sm artem. vt dicit phus in. ij. phisi. Sed tunc est peccatum mortale qm actus deficiens est moralis. Est autem aliquis actus moralis p hoc q aliquo mo in nobis est. sic enim debetur ei laus vel vituperium. et ideo actus ille qui perfecte est in potestate nostra perfecte est moralis. et in eo potest esse pfecta ratio peccati mortalis. sicut sunt actus q voluntas elicit vel imperat. Actus aut sensualitatis non est perfecte in potestate nostra. eo q preuenit iudicium ratois est tamen aliqualiter in nostra potestate inquantum sensualitas roni subijcit. vt ex dictis patet. Et ideo actus eius attingit ad genus moralium actuum. sed imperfecte. Unde in sensualitate non potest esse peccatum mortale quod est pfectum peccatum. sed solum veniale. in quo imperfecta peccati mortalis ratio inuenitur

¶ Ad primum igitur dicendum q subiectum alicuius est duplex. s. primum et secundarium. sicut superficies est primum subiectum colozis. corpus aut secdarium inquantum subijcit superficiei. Similiter dicendum q primum subiectum peccati e voluntas. secdum vero subiectum peccati e sensualitas inquantum aliqliter pticipat voluntate

Cōtra

Ro

Descriptio peccati

Ad .j.

Duplex subiectum

Ad 2 ¶ Ad secōm dōm q̃ actus sensualitatis est in nobis aliq̃ qualiter. non tñ ex natura sensualitatis. sed inquantū vi/
Ad 3 res sensualitatis sunt rōnales p̃ ꝓticipatiōem. ¶ Ad.iij. dōm q̃ peccatoꝝ note remanent in ꝓscientia quacūq̃ vi fuerint ꝓmissa. vñ dato q̃ sensualitas aīe non remaneat mō p̃dicto. peccatū tñ sensualitatis remanere p̃t. hoc aūt
Ad 4 an sensualitas remaneat alibi differendū est. ¶ Ad.iiij. dicendū q̃ q̃ūis sensualitatis ꝑm se ꝓsiderate non sit agere
Ad 5 est tñ et? ,put ꝓticipat aliq̃liter rōem ¶ Ad quintū dōm. q̃ non d̃ esse peccatū in sensualitate ꝓter interp̃tatiuꝫ cōsensum rōnis. Qñ aūt eius motus sensualitatis p̃reuenit iudiciū rōnis nō est cōsensus nec interp̃tatiuus nec expressus. sed ex hoc ipo q̃ sensualitas est subiciabilis rationi actus eius q̃ūis rōem p̃ueniat. tñ habet rōnem peccati.

¶ Sciendū tñ q̃ etsi aliq̃n cōsensus interp̃tatiuus suffi/ciat ad peccatū. nō tamen oportet q̃ sufficiat ad meritū. Plura eñ requruntur ad bonū q̃ ad malū. cū ex singulis defectibus ꝓringat. bonū aūt ex tota ꝛ integra causa. vt
Ad 6 Dyo. d̃. iiij. ca. de di. no. ¶ Ad sextū dōm q̃ peccata sensualitatis possumus q̃dem vitare singula. q̃ūis nō om/
Ad 7 nia. vt patet ex his que in alia questōne dicta sunt. ¶ Ad septimū dōm q̃ cum aliq̃s accedit ad vxorē suā ex concupiscētia dūmodo nō excedit limites matrimonij est peccatum veniale. Vñ patet q̃ ipse motus cōcupiscētie in cōiugato iudiciū rōnis p̃uenient peccatū veniale est. sed qñ per rōem determinat quid est licitum concupisci. tūc etsi
Ad 8 sensualitas in id ferat. nullū erit peccatū. ¶ Ad octauū dicendū q̃ virtus moralis est in viribus sensitiuis. id est in irascibili ꝛ cōcupiscibili. vt p̃z p̃ phm in tercio ethico. vbi dicit q̃ temperātia ꝛ fortitudo sunt irrōnabiliū partium Sed q̃ sensualitas nominat has vires quantū ad inclinationē naturalē sensuū que est rōni cōtraria. non ꝑm q̃ participāt rōem. Ideo magis ꝓprie d̃ q̃ vitium sit in sensualitate. ꝛ virtus in irascibili ꝛ cōcupiscibili. peccatū tñ
Ad 9 quod est in sensualitate virtuti nō contrariat. vnde rō nō sequitur ¶ Ad nonū dōm q̃ oīne peccatū imputat homini inquantū habet voluntatē. ꝛ tamē peccatū d̃ esse aliquo modo in illa potētia. cuius actum ꝓringit esse deformem
Ad 10 ¶ Ad decimū dōm q̃ materiale in peccato mortali po/
Materia le peccati mortal' sumit tripl'r rest accipi tripl'r. vno mō sicut obiectū est materia actus et sic materia peccati mortalis q̃ūq̃ est in sensualitate. vt cum aliq̃s cōsentit in delectatōem sensualitatis Alio mō sicut actus exterior d̃ materialis respectu interioris actus. q̃ est formale in peccato mortali. cū actus interior et exterior sunt vnū peccatū. Et p̃ hunc etiaꝫ modū actus sensualitatis p̃t se habere materialiter in peccato mortali Tercio mō. materiale in peccato mortali est cōuersio ad bonū cōmutabile. sicut ad finem. formale aūt auersio a bono incōmutabili. Et sic id quod est materiale in peccato mortali non p̃t esse in sensualitate. Nec sequitur si peccatū mortale nō p̃t illi inesse q̃ nō sit ibi veniale rōne p̃dicta.
Ad 11 ¶ Ad.xi. dōm q̃ peccatū d̃ esse in sensualitate. nō quia ei imputat. sed quia p̃ eius actum cōmittitur. imputatur aūt homini inquantū actus ille in eius potestate consistit
Ad 12 ¶ Ad duodecimū dōm q̃ membra exteriora sunt tñ mota. vires aūt appetitiue inferiores sunt mouentes ad similitudinē voluntatis. vnde inquantū participāt aliqua/
Ad 13 liter voluntatē possunt esse subiectū peccati. ¶ Ad decimūtertiuꝫ dōm q̃ duplex est dispositio. vna qua patiens disponit ad recipiendā formaꝫ. ꝛ talis dispositio est in eodem subiecto cum forma ad quaꝫ. Alia dispositio est qua agens disponitur ad agendū. ꝛ de hac non est veruꝫ q̃ sit in eodem cum forma ad quā disponit. Huiusmodi autē dispositio est veniale quod in sensualitate est ad peccatuꝫ mortale quod est in rōne Nam sensualitas est vt agens in peccato mortali inquantū inclinat rōem ad peccandum Ad 14
¶ Ad decimūquartū dōm q̃ actus fornicatiōis q̃ūis sit ꝓpinquior cōcupiscibili quantū ad rōem obiecti. est tamē ꝓpinquior rationi quantū ad rōem imperij. nam membra exteriora non applicant ad exteriorem actum. nisi ex imperio rōnis. vnde in eis p̃t esse peccatū mortale. nō autem in actu sensualitatis qui iudicium p̃uenit rōnis

Sexto queritur. vtrum

cōcupiscibilis sit magis corrupta et infecta q̃ irascibilis ¶ Et videt q̃ nō. Corruptio eñ ꝛ infectio humane nature ex peccato originali venit. peccatū aūt originale est in essentia aīe. sicut in subiecto vt a q̃busdā d̃. p̃ 1
ter hoc q̃ ipm cōtrahit aīa ex cōiunctōe sui ad corpus cui p̃ essentiā suam cōiungit. Cum ergo essentie aīe oēs potentie eq̃liter a ꝓpinquāt. vtpote in ea radicate. videtur q̃ infectio ꝛ corruptio nō magis sint in cōcupiscibili q̃ i irascibili ꝛ alijs potētijs ¶ Pre. Corruptio nature in nobis est q̃dam inclinatio ad peccatū. sed peccata irascibilis sunt grauiora q̃ ꝓcupiscibilis. q̃ ꝑm Grego. spiri 2
tualia peccata sunt maiorīs culpe q̃ carnalia. ergo magis est corrupta irascibilis q̃ ꝓcupiscibilis ¶ Pre. Ex corrup/ 3
tione nature in nobis ꝓringunt subiti aīe motus. ꝗ motus irascibilis magis dicunt subiti q̃ ꝓcupiscibilis Irascibilis eñ mouet cum quadā virtute animi. cōcupiscibilis autē cuꝫ quadā animi mollicie. ergo irascibilis magis est corrupta q̃ concupiscibilis ¶ Prete. Huiusmodi corrup/
tio siue infectio de qua loquimur. est corruptio nature p̃ 4
generatiōem traducta. Peccata aūt irascibilis sunt magis naturalia. et magis traducunt a parentibus in filios q̃ peccata ꝓcupiscibilis. vt d̃ phs in. vij. ethico. ergo irascibilis magis est corrupta q̃ cōcupiscibilis. ¶ Pre. Cor/ 5
ruptio ,puenit in nobis ex peccato ꝓmi parentis. sed primū peccatū primi parentis fuit supbia siue elatio que est in irascibili. ergo ꝛ in nobis est magis corrupta irascibilis q̃ concupiscibilis

¶ Sed contra. Vbi est maior turpitudo ibi est maior corruptio ꝛ infectio. sed ꝑm phm in. vij. ethi. turpior ē incōtinens ꝓcupiscentie q̃ incōtinens ire. q̃ ꝓcupiscibilis est magis corrupta ꝛ infecta q̃ irascibilis ¶ Pre. Ibi sumus magis corrupti vbi difficilius resistimus. sed difficilius est pugnare ꝓtra voluntatē q̃ ad ꝓcupiscibile pertinet. q̃ ꝓtra iram. vt p̃z p̃ phm in. ij. ethi. ergo ꝛ in cōcupiscibili sumus magis corrupti q̃ in irascibili Cōtra

¶ Rñsio dōm. q̃ corruptio ꝛ infectio peccati originalis hoc mō differūt q̃ infectio p̃tinet ad culpaꝫ. corruptio aūt ad penā. Culpa ãt original' duplr d̃ in aliq̃ potētia aīe. vno mō essentialiter. alio mō causaliter. Essentialiter eñ est in ipsa essentia aīe vel in p̃te intellectiua. vbi erat originalis iusticia q̃ p̃ peccatū originale p̃uat. Causaliter aūt est in illis potentijs q̃ attingūt actū generationis humane. p̃ quā originale p̃tm traducit. quē q̃dem actuꝫ attingit vis generatiua sicut ipm exequēs. vis aūt concupiscibilis. sicut ipsum imperās rōne delectationis. sensus tactus sicut delectatōem ꝓcipiens. Et ideo ista infectio attribuit inter sensus tactui. ꝛ inter appetitiuas ꝓcupiscibili. ꝛ inter oīnes potentias anime generatiue. que dicit esse infecta ꝛ corrupta. Corruptio tñ aīe de qua hic loq̃mur Rñ Culpa originē in poñ. aīe dupl'r

considerandā est ad modū corruptionis corporalis. que quidem contingit ex hoc q̃ remoto cōtinente singule partes cōtrarie tendunt in id quod in eis cōuenit fm naturā et sic fit corporis dissolutio. Similiter remota iusticia originali quā ratio cōtinebat in statu innocentie omnes inferiores vires omino sibi subiectas. singule tendunt in id quod est eis ꝓprium. scz cōcupiscibilis in delectationē. irascibilis in iram ⁊ alia huiusmodi. Unde phus ꝓmo ethi. comparat huiusmodi partes anime. partibus corpis dissolutis. sicut aūt corruptio corporalis non dicit esse in anima. qua tamē recedente corpus dissoluit. sed in corpe dissoluto. ita hmōi corruptio est in viribus sensitiuis. in quā tum cōtinentia rōnis priuate in diuersa ferunt. non autē in ipsi ratione. nisi quatenus ipsa ꝓpria pfectione priuatur separata a deo. Et ideo quanto aliqua inferiorum virium magis elongatur a ratione tāto magis est corrupta. Et ideo cum irascibilis sit rōni ꝓpinqua quasi aliquid rationis in suo motu pticipans. fm phm in. vij. ethicoꝝ. minus erit corrupta irascibilis q̃ cōcupiscibilis.

¶ Ad primū ergo dicendū q̃ q̃uis omnes potentie
Ad. j. in essentia anime radicent. tamen qdam p̄ pus fluunt ab essentia anime q̃ alie. ⁊ ad causas originalis diuersas habitudinē habent. ⁊ sic non similiter est in omnibus corru
Ad 2 ptio ⁊ infectio originalis peccati. ¶ Ad secundū dm q̃ ex hocipso q̃ motus rōnis magis pticipat in irascibili q̃ in cōcupiscibili ꝓtingit q̃ pcā irascibil sunt ꝗuiora peccata. peccata vero ꝓcupiscibilis turpiora. rō eīm discretiōis culpam auget. sicut ⁊ ignorātia culpā alleuiat. Recessus aūt a rōne in qua tota dignitas humana cōsistit. ad turpitudinē pertinet. vñ ex hocipso patet q̃ concupiscibilis est magis corrupta. vtpote longius a ratione discedens.

Ad 3 ¶ Ad tertiū dicendus q̃ motus cōcupiscibilis ⁊ irascibilis possunt dupliciter considerari. scz in appetendo ⁊ in exequendo. In appetendo quidem magis est subitus motus cōcupiscibilis q̃ irascibilis. quia irascibilis mouetur quasi deliberando ⁊ cōferendo vindictam intentas ad iniuriam receptā quasi syllogisans. vt dr in. vij. ethico. sed cōcupiscibilis ad solam apprehensionē delectabilis mouetur ad sui fruitionem. vt ibidem dicit. Sed in exequendo motus irascibilis magis est subitus q̃ cōcupiscibilis. qa irascibilis cum quadā fortitudine et fiditia agit. concupiscibilis vero cum quadā mollicie insidiose tendit ad ꝓpositum adipiscendū. vnde dr phs in. vij. ethi. q̃ iracundus nō est insidiator sed manifestus. cōcupiscētia vero insidiat. Et inducit versus Homeri q̃ dixit venerez esse dolosam ⁊ eius corrigiā varā. signans deceptionem qua ve
Ad 4 nus furat intellectū spisse sapientis. ¶ Ad quartū dicendū q̃ aliquid dicit esse naturale dupl'r. vel quantū ad naturam speciei. vel quantū ad naturā indiuidui. Quantū ad naturā speciei peccata cōcupiscibilis sunt magis naturalia q̃ peccata irascibilis. Unde phs dr in sedo ethico. q̃ voluptas omnib nobis ex puero communiter quasi cōtemporanea vite. Sed quantū ad naturā indiuidui sunt magis naturalia peccata irascibilis. ⁊ hoc ideo. quia si cōsideret motus appetitus sensibilis ex parte anime. concupiscibilis naturaliꝝ tendit in suum obiectum. vtpote magis naturale ⁊ ꝑueniens fm seipsum est ei cibus ⁊ potus et alia huiusmodi p̄ q̃ natura cōseruatur. Si eīm consideretur huiusmodi motus ex parte corporis. maior transmutatio et cōmotio corporalis complexionis fit ex motu ire q̃ concupiscentie cōmuniter ⁊ ꝓportionabiliter loquendo. Et ideo corpalis cōplexio in qua plerunq̃ et filij parentibus assimilantur plus facit ad dominiū ire q̃ ad dominium concupiscentie. Et propter hoc in peccatis ire magis imitantur filij parentes q̃ in peccatis concupiscentie. Quod eīm est ex parte anime refertur ad speciem sed quod est ex determinata cōplexione corporis pertinet magis ad indiuiduū. Originale autē peccatum est peccatum totius humane nature. vnde patz q̃ ratio nō sequitur. ¶ Ad quintum dicendus q̃ in nobis contrario Ad 5
ordine corruptio accidit ⁊ in Adam. quia in Adam anima corrupit corpus. ⁊ persona naturam. in nobis autem econuerso. Unde q̃uis peccatus Ade p̄ prius pertinuerat ad irascibile. tamē in nobis corruptio magis pertinet ad concupiscibilem.

Septimo queritur. vtrū

sensualitas in vita ista curari possit a corruptione predicta ¶ Et videtur q̃ sic. quia predicta corruptio 1.
vocatur fomes. Dicit etiam de beata virgine q̃ etiam in hac vita fuit totaliter a fomite liberata p̄cipue post conceptionem filij dei. ergo sensualitas in hac vita est curabilis. 2
¶ Prete. Omne id quod obedit rationi est susceptiuū rectitudinis rationis. sed vires sensualitatis scilz irascibilis et concupiscibilis obediunt rationi. vt ex dictis patet. ergo sensualitas est susceptiua rectitudinis rationis. ⁊ ita potest a contraria corruptione curari. ¶ Prete. 3
Virtus opponitur peccato. sed in sensualitate potest esse virtus. vt dicit phs in tercio ethico. q̃ temperantia ⁊ fortitudo sunt irrationabilium partium. ergo sensualitas p̄t in hac vita curari a corruptione peccati ¶ Prete. Ad cor 4
ruptionem sensualitatis pertinet q̃ ex ea motus inordinati procedant. qui sunt cōcupiscentie praue. sed temperatus non habet huiusmodi cōcupiscentias in quo differt a continente qui eas habet. sed non sequitur. vt patet in septimo. ethicoꝝ. ergo sensualitas in hac vita potest totaliter curari. ¶ Prete. Si corruptio illa est incurabilis. aut est ex 5
parte curantis. aut ex parte medicine. aut ex parte morbi. aut ex parte nature sanande. sed non est ex parte curantis. scz dei. quia omipotens est. Nec ex pte medicine. quia vt patet Roma. v. donum christi est virtuosius q̃ peccatū a de quo corruptio hmōi est inducta. Nec ex parte morbi. quia est contra naturā. cum in natura ꝓmo instituta non fuit. Nec ex parte nature curande. vile enim est hanc infirmitatē remoueri. cū ex ea hō sit pronus ad malum. ⁊ tardus ad bonum. ergo sensualitas in hac vita est curabilis.

¶ Sed contra. Necessitas peccandi venialiter saltem Cōtra
consequit necessitatem morendi. sed in hac vita necessitas moriēdi non tollitur. ergo nec necessitas peccandi venialiter. ⁊ sic nec corruptio sensualitatis ex qua p̄dicta necessitas venit. ¶ Prete. Si sensualitas curabilis esset in hac vita maxime p̄ sacramenta ecclie curaretur. que sunt medicine spirituales. sed a huc post sacramēta suscepta manet. vt experimento patet. ergo sensualitas non est curabilis in hac vita

¶ Rūsio dm q̃ sensualitas in hac vita curari nō p̄t nisi Rsio
p̄ miraculū. Cuius rō est. qz illud qd est naturale non p̄t mutari nisi a virtute supnaturali. hmōi autē corruptio quia potentie aie dicunt corrupte. sequitur qdammō inclinatōem nature. q̃ eīm hōi in ꝓmo statu collatū fuit vt rō totaliter inferiores vires ꝓtineret. ⁊ aia corpus nō fuit ex

virtute principiorꝫ naturalium. sed ex virtute originalis iusticie ex diuina liberalitate supaddite. qua quidem iusticia per peccatum sublata homo redijt ad statum conueniente sibi fm principia sua naturalia. vt Dyo. dr in eccli. hierarch. iij. cap. q per peccatū natura humana ad principij consequentē merito ducta est finem. Sicut ergo homo naturaliter moritur. nec ad immortalitatem reduci potest nisi miraculose. ita naturaliter cōcupiscibilis rēdit in delectabile ⁊ irascibilis in arduū. etiam pter ordinem rōnis. vnde q illa corruptio remoueat non potest esse nisi miraculose. virtute supnaturali id faciente

Ad 1. ¶ Ad primū ergo dm q beata virgo liberata fuit a
Ad 2 fomite miraculose ¶ Ad secundū dicendū q irascibilis ⁊ cōcupiscibilis obediunt rōni inquantū motus earuz vel ordinantur vel comprimuntur p rōem. non tamen ita q
Ad 3 totaliter inclinatio earum tollatur. ¶ Ad terciū dm q virtus in irascibili ⁊ concupiscibili exns nō contrariat corruptioni predicte. vnde non totaliter eam tollit. contrariatur aūt excellentie inclinationis predictaꝫ virium in sua
Ad 4 obiecta. ⁊ hoc p virtutem tollitur ¶ Ad quartū dicendū q temperatus fm phm non caret omino cōcupiscentijs sed cōcupiscentijs vehementibꝫ. quales possunt esse in cō
Ad 5 tinente. ¶ Ad quintū dicendū q ex parte illoꝫ omnium quartuor cōtingit q sensualitas non curetur in hac vita. Ipse enim deus cuius sit potens curare tamē fm ordinem sue sapientie disponit vt nō curetur in hac vita. Similiter donum gratie quod p christum nobis cōfertur. cuius sit efficacius q̄ peccatū primi hominis. non tamē ordinatur ad remouendū corruptiōem predicta que est nature. sed ad remouendū culpam psone Similiter etiam huius modi corruptio cuius sit cōtra statum nature primitus instituite. est tamē consequens principia nature sibi relicte. Est etiam ⁊ homini vtile ad vitandus elationis vitium vt sensualitatis infirmitas remaneat. sede Corinth. xij. Ne magnitudo reuelationuz extollat me datus est mihi stimulus carnis mee. Et ideo post baptismum remanet hec infirmitas in homine. sicut sapiēs medicus dimittit aliquem morbum non curatum qui non possit curari sine periculo maioris morbi.

¶ Materia vicesima sexta De passionibus anime.

Questio. xxvj. de passionibus anime. Et habet decem questiones Prima. vtrum naturaliter anima separata a corpore patiatur Secūda. quō aia piuncta corpori patiatur Tercia. vtrum passio sit tm in appetitiua sensitiua Quarta. fm quid attendat contrarietas ⁊ diuersitas inter anime passiones Quinta. vtrū spes timor gaudium ⁊ tristicia sint quartuor principales passiones. Sexta. vtrum passionibus mereamur Septima. vtrum passio adiuncta merito diminuat aliquid de merito. Octaua. vtrum huiusmodi passiones fuerunt in christo Nona vtrum passio doloris fuerit in anima christi quantum ad superiorem rationem Decima. vtrum per doloris passiones qui erat in superiori ratione christi impediretur gaudium fruitionis. et econuerso

De passionibus anime.

Questio ē de passionibus anime ¶ Et primo querit. Vtrū naturaliter aia separata a corpore patiat. ¶ Et videt q nō patiat ab igne corporeo Dicit enim Aug⁹. xij. super Gen. ad lram. agēs est pstantius
patiēte. sed aia quoliber corpe est pstantior. g aia ab igne corporeo pati nō pt. ¶ Sz diceres. q ignis agit in aiam vt
est instrumentū diuine iusticie vindicatis. ¶ Sed contra 2
Instrumentū nō cōplet actionē instrumentalē nisi exercēdo actōem naturalē. sicut aqua baptismi sanctificat aiam lauando corpus. ⁊ serra facit scamnū secando lignuz. sed ignis nullā actōem pt habere circa animā. ergo nō pt agere in animā vt instrumentū diuine iusticie. ¶ Sz diceres q naturalis actio ignis est cremare. ⁊ sic naturaliter agit
in animā inquantū defert secum cremabilia ¶ Sed contra 3
Cremabilia que dr anima secum deferre sunt peccata. quibus non contrariat ignis corporeus. Cū ergo ois actio corpalis sit rōne cōtrarietatis. videt q aia nō possit pati ab igne corporeo inquantū defert secum cremabilia.
¶ Pre. Aug⁹. dr. xij. sup Gen. ad lram. non sunt corpo 4
ralia sed similia corpalibꝫ quibꝫ aie corpibus exute afficiuntur. seu bene seu male ergo ignis quo aia separata punit
non est corporeus. ¶ Pre. Dam. dr in lib. iij. Ibi tradet 5
dyabolus ⁊ demones eius ⁊ hō eius. sez antichristus et impij peccatores in igne eternū non materialez. qualis est qui apud nos est. sed qlem iaz nouit deus. ois autē ignis corporeus materialis est. g ignis quo aia separata patit nō
est corporeus ¶ Sed diceres. q ignis corporalis affligit animā inquantū est ab ea visus. vt dr Gregō. in iij. dyal.
igne nāq eoipso patit anima quo videt. ⁊ sic illud quod immediate affligit animā non est corpus. sed similitudo 6
corpis apprehensa. ¶ Sed cōtra. Visum ex hoc q est visum est pfectio videntis. ergo ex hoc q est visum non inducit afflictiōem videnti. sed delectatione magis. si ergo aliquod visum affligat. hoc erit inquantū est alīs nociuum sed ignis non potest alīs affligere animā agendo in ipsam vt probatum est. ergo nec ab igne patitur anima eoipso q videt ipsum. ¶ Prete. Agentis ad patiens est aliqua 7
proportio. sed incorporei ad corpus nulla est proportio. ergo anima non potest ab igne corporeo pati. cum sit incor 8
porea. ¶ Prete. Si ignis corporeus nō naturaliter agit in animā. oportet q hoc fiat per aliquā virtutem supaddiam. aut ergo illa virtus est spūalis aut corpalis. Spiritualis esse non potest. quia res corpalis spiritualis virtutis esse susceptiua non potest. Si autem corpalis. cum omni virtute corporali anima prestantior sit. ignis in eaz agere non poterit. ergo nec supnaturaliter. nec naturaliter anima potest pati. ¶ Sed diceres. q anima p pecca 9
rum redditur ignobilior creatura corporali ¶ Sed cōtra Augustinus dicit in libro de vera religi. q substantia viuens est dignior qualiber substantia non viuente. sed anima rationalis post peccatum adhuc remanet viuens vita naturali. ergo non efficitur indignior igne corporali. q
est substantia non viuens. ¶ Prete. Si ignis ille corpo 10
reus affligit animā. hoc non est nisi inquantū apprehenditur vel sentitur vt est nociuus. sed ex hoc aliquid nocet q aliquid admit bonum. vnde Augustinus dicit. q malum ideo nocet qz admit bonuz. ignis autem corporeus nihil ab aia potest admere. ergo eam affligere non potest